PROPOSITIONES reliquorum Librorum Geometriæ Euclidis, Græcè, & Latinè, in vſum eorum, qui volumine Euclidis carent.

Per Cunradum Daſypodium, ſcholæ Argentinenſis profeſſorem.

ARGENTORATI APVD
Chriſtianum Mylium.
M. D. LXIIII.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, ET DOMINO, *DOMINO NICOLAO* CHRISTOPHERO RADZEVVIL, DVCI OLICAE ET NIESVVISI, COMITI IN SCHIDLOVVIEZ, &c. PRAECLA*rae indolis, & optimae ſpei Principi, ac Domino ſuo clementiſſ: S. D.*

Cunradus Daſypodius.

DVplicem finem, Illuſtriſſ: Princeps, ſibi in his Elementis propoſuit Euclides: alterũ quidem vt illas ſolidas figuras, ex quibus Platonis iudicio, mundus hic ſuas habet deſcriptas partes, traderet & explicaret: alterum verò, vt diſcentis animum ad quæuis Mathematica percipienda omnibus modis informaret, & erudiret. idcirco primum de ſimplicisſimis quibusq; rebus geometricis agit: deinde ſenſim κατὰ σύνθεσιν progreditur ad magis compoſita: deniq; eo peruenit, vt omnis aperiatur figurarum simplicium varietas, & copia. separatim quidem vnamquamque prius constituendo: deinde eius proprietates & affectiones, quas cùm per se, tum ad alias illæ habent examinando, tandem simul omnes vni eidemque globo includendo. adhæc exponit omnes proportiones, quas lineæ ad lineas, anguli ad angulos, superficies ad superficies, corpora ad corpora habere compertum est. atque hinc videmus, Euclidem suum assecutum esse finem, quem sibi in rerum geometricarum copia, & varietate explicanda proposuerat. Quantum verò ad illud, quod discentis animum his elementis geometricis erudiri diximus, ita intelligendum est: quod quicunque his diligenter incumbit, ita tandem intelligentia animum imbuit suum: & quasi harum rerum habitum sibi comparat: vt eo facilius ad quamuis Geometricam tractatio-

nem

nem ſibi ipſi ſufficiat. cum enim ab his tanquam initijs incipimus: cæterarum omnium huius ſcientiæ partium cognitionem aſſequi, rerumq́; geometricarum varietatem percipere poterimus, neq; id tantum, quin & illud veriſsimè dici poteſt ſine ijsdem illis elementis reliquorum omnium non obſcuram tantum, ſed penitus nullam eſſe intelligentiam. Sicuti enim nullus neq; Poëtarum, neq; Rhetorum, aut Dialecticorum, aut alterius cuiusq; autoris ſcripta intelliget; niſi prius grammaticorum teneat elementa: ſic etiam in his diſciplinis Mathematicis certa quædam ſunt elementa, ſine quibus reliqua percipi nequeunt. Eiusmodi Euclides noſter ſimpliciſsima habet theoremata, & quæ primis hypotheſibus ſunt proxima, eaq́; in hos congeſſit libros, tam eleganti ordine, & tam apta collocatione, vt verè dicere poſsimus, in nulla re ordinem conuenientiorem

tiorem ostendi posse. His autem elementis reliqui vtunť mathematici: ad confirmanda suarum demonstrationū fundamenta: ex quorum numero pręcipuè sunt Archimedes Syracusanus, Apollonius Pergæus, & cæteri non Geometræ solum, sed & Astronomi, Theodosius Tripolites, Ptolemæus Alexandrinus, & quicunq; mathematicorum nomen tueri possunt. Euclidis igitur lectio non tantum ad elementorum cognitionem vtilis &, necessaria est, quæ in eodem genere sunt scripta, & γεωμετρικὰ, aut ἔκγονα τῆς γεωμετρίας sunt: sed & ad quamuis mathematicam scientiam & disciplinam percipiendam, vnde ex hac στοιχειώσεως, tanquam ex vrbe aliqua populosa, plurimæ deductæ sunt colonię. Nunc itaq; satis sit dictum de fine Elementorum geometricorum, qui in eo consistit, vt discentes absolutam sibi comparent rerum mathematicarū cognitionem,

& vt figurarum proprietates, & differentias omnes intelligamus: eaq́ omnia ad mundi vniuersi, eiusq́ partium contemplationem accomodemus. Sed dicat aliquis, quonã modo hęc accommodatio intelligenda est? aut quæ est illa conuenientia figurarum Geometricarum cum mundi partibus? id paucis sic percipite. Geometræ quinq́ habent solidas figuras, quas nominant corpora regularia, vt sunt πύραμις, ὀκτάεδρον, εἰκοσάεδρον, κύβος, δωδεκάεδρον: Astronomi, & Physici, cœlum, & quatuor elemẽta, ignem, aërem, aquã, & terram: iam si figuras has cum mundo, eiusq́ partibus conferas; tum ἀναλογίᾳ quadam πύραμις igni conuenit, propter eius cum acumine ignis similitudinem. ὀκτάεδρον aëri: sicut enim aër igni, ita ὀκτάεδρον πυράμιδι leuitate formáque proximum est: eodem modo εἰκοσάεδρον potest aquæ comparari, propter mobilitatem, qua talis figura huic elemento est consimilis: terræ etiam cubus assimilatur, propter stabilitatem, & huius corporis firmam plenitudinem. deniq; cœlo comparāt δωδεκάεδρον. quemadmodū enim cœlum duodecim signis zodiaci cingitur: ita duodecim habet bases dodecaedron quibus consistit: item, sicut cœlum suo ambitu reliqua in se comprehendit elementa, ita dodecaedron inter quinq; ista corpora regularia, quæ in eandem includi possunt sphæram, omnium est maximum, & quod reliqua omnium aptissimè circumscribit. Quare hæc est Platonicorutm accommodatio figurarum geometricarum ad mundi partes; quam cum Euclides, qui & ipse Platonicus fuit, optimè nosset, eò etiam in suis respexit elementis, etsi priora essent cogitatione; tamen in elementorum contextu facta sunt posteriora. præmittenda enim erant ea, sine quibus hæc percipere non possumus,

mus, quod facile ἀναλυτικῶς demonſtrabimus. hæ figuræ ſuperficiebus æqualibus, lateribus etiam & angulis æqualibus continẽtur, & eidem ſphæræ includuntur: quod quidem qua ratione fiat, nec ſciri, nec intelligi poterat: niſi prius oſtẽderetur, quanto diameter ſphæræ longior eſſet vnoquoq; latere vniuſcuiuſq; figuræ. cum verò neq; illud abſq; cognitione rationalitatis, & irrationalitatis linearum, & ſuperficierum percipi poſſet: libro decimo de linearum συμμετρία, & ἀσυμμετρία tradit: atq; hæc tractatio requirebat cognitionem numerorũ, ſine qua ſane nihil poterat intelligi. itaq; quantum ſatis erat in elementis, & quantũ ſufficiebat ad hoc negotium, tribus libris nono, octauo, & ſeptimo diligentiſsimè omnia perſequitur. quia verò ſimplicitate circulorum, & figurarum rectilinearum doctrina prior erat, & ſolidorum corporum cognitio ex hac demanat: ſex libris prioribus ſuæ στοιχειώσεως tradit γεωμετρικά: & demonſtrat, quæ quibus ſint æqualia, quæ inæqualia, quæ proportionem habeant aliquam, quæ minus, quæ ſimilia, quæ verò diſsimilia: deniq; omnem rerum geometricarum perſequitur varietatem. Ex his arbitror quemuis facile videre, non ſolum quæ & qualis ſit illa geometrarũ methodus, ſed & quid in his contineatur elementis: eaq; paulò prolixius explicare volui, quia adoleſcentibus harum rerum imperitis hæc ſcribo, vt quaſi per tranſennam conſpiciant totam οἰκονομίαν τῶν γεωμετρικῶν λόγων. vt inde vtilitatem videre, τάξιν admirari: ſubtilitatẽ perſpicere: deniq; ſingulare ingenij acumen eius, qui hæc conſcripſit, ſuſpicere poſsint. Quare vt in duobus prioribus libellis quos in lucẽ edidi, bonos adoleſcentes adhortatus ſum ad ſtudium Geometriæ, ita & hoc in loco faciam, & ſemper faper facturus sum: cum sciam quàm vtile, & quàm necessarium sit hæc percepisse. Verum ne hortator solum, sed & adiutor essem: volui in gratiam studiosorum propositiones reliquorum Euclidis librorum Græcè & Latinè edere: eo sane cõsilio, quòd cogitarem, mutilatum quippiam esse, si primus & secundus liber tantum imprimeretur, reliquis omissis. inde enim fieret, vt contextus, & συνέχεια harum propositionum percipi nõ possit. deinde quia sępenumero in meis accidit prælectionibus, vt mentionem faciam nunc huius, nunc illius Euclideæ propositionis, cumq; illis destituantur mei discipuli: quomodo quæ doceo percipiant non video, nisi magna cum difficultate: & meo quidem iudicio nihil aliud est, quàm obscura obscurioribus velle explicare. adhæc eò respexi etiam, vt cum hæc sint mathematicarum disciplinarum elementa, & idcirco menti-

bus

bus noſtris benè imprimenda, neceſſe eſt, vt eadem frequenti lectione ſibi quiſq; faciat familiaria: moleſtum verò eſt integrum Euclidis volumē perpetuò hinc & inde circumferre: arbitrabar igitur, ſi in libellum redigeretur minorem: commodius eſſe omnibus geometriæ ſtudioſis, hæc percipere elementa: inprimis verò ijs, qui iam aliquouſq; in mathematicis diſciplinis progreſsi ſunt. Atq; hoc meum factū neminem ſano iuditio præditum improbaturum ſpero, cum non alio fiat animo, quàm vt quacunq; ratione fieri poſsit, adoleſcentes ad fontes Geometriæ deducantur, ex quibus ſi ſalubriorem hauſerint cognitionem, ſibi rerum mathematicarum veriorem, imò ſolidiorem comparent intellectū: nec deſiſtam pro tenuitate mei ingenij ſtudioſis perſpicua reddere ea, quæ videntur obſcuriora: atq; idcirco ὀνομαστικὸν γεωμετρικὸν, quod ſuperioribus menſib. promiſi, Deo Opt. Max. auxiliante, breui ad finem perducam, vt habeant harum diſciplinarum ſtudioſi in quo ſe exerceant. ſcio quantopere vocabula illa ſcientiarum propria impediant lectorem, ſi non intelligantur: quæ certè ſi nunc fient planiora, facilimè ad puerorum græcorum gymnaſia illa perueniemus, omniaq́ ista nobis familiaria reddemus. Hæc ſunt quæ hoc tempore in lucem exire volui, quum tamen nihil minus haberem in animo, & cogitaſſem primum Euclidis librum tantùm pro meis diſcipulis, ſcholaq́ noſtra in publicũ edere: ſed amor ille, quo harum diſciplinarũ ſtudioſos perſequor, tantum potuit apud me, vt hæc adiunxerim, & reliqua quæ promiſi, Deo iuuante, additurus ſim: præſertim cum intelligã, hac mea qualiacũq́ ſtudia non paucis viris bonis & literatis placere: & quia I. T. C. tam benignè, & tanta cum humanitate

ac beac beneficentia priora mea scripta excepit, illisq; patrocinari dignata est, nō potui non hæc eadem sub I. T. C. tutelam tradere. id profecto verè dicere possum, in I. T. C. multa apparere singularia naturæ dona, quæ I. T. C. bene collocat, & ita ijs vtitur, vt in hac I. T. C. ætate iam appareant prudentiæ, & pietatis non paruæ scintillæ, & nisi vererer, ne adulandi gratia me hęc scribere quispiam diceret; prolixius ea persequerer; sed res ipsa prædicat, I. T. C. indolem ingenij singularem: humanitatem Principe dignam; studium bonarum artium & linguarum tale vt I. T. C. cæteris sit exemplo, quo discipulos nostræ scholę ad maiorem excitat diligentiam, quia I. T. C. vident nullum tempus prætermittere, quod non studijs bonarum artium & disciplinarum optimè impendat. Quare cū eiusmodi sint hæc, de quib. dixi dona, imò maiora, quā ut hoc loco celebrari pos-

posſint aut debeant, meritò I. T. C. in patrocinium ſtudiorum eſt roganda, quia ſi vnquam bonæ literæ indiguerunt ope, & auxilio, hoc ſanè tempore, quo rabies illa ignorantiæ adeò infeſtat bonas artes, & diſciplinas, vt niſi Mecœnates ſint multi & potentes, de literis iam actum videatur. Rogo itaq; I. T. C. ne in malam accipiat partem, quòd denuò compellem I. T. C. & Mecœnatem meorum ſtudiorum eſſe velim. His me, meaq́; ſtudia I. T. C. commendo. id enim non alio, quàm ingenuo & bono facio animo, & quòd I. T. C. dignetur me meaq́; ſtudia in ſuum recipere patrocinium, etiam atq; etiam exopto.

I. T. C. deditiſs:

Cunradus Daſypodius.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙ-ΣΕΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

ΟΡΟΙ.

Ἴσοι κύκλοι εἰσὶν, ὧν αἱ διάμετροι εἰσὶν ἴσαι· ἢ ὧν αἱ ἐκ τῶν κέντρων ἴσαι εἰσίν.

Εὐθεῖα κύκλου ἐφάπτεσθαι λέγεται, ἥτις ἁπτομένη τοῦ κύκλου, καὶ ἐκβαλλομένη οὐ τέμνει τὸν κύκλον.

Κύκλοι ἐφάπτεσθαι ἀλλήλων λέγονται, οἵτινες ἁπτόμενοι ἀλλήλων, οὐ τέμνουσιν ἀλλήλους.

Ἐν κύκλῳ ἴσον ἀπέχειν τοῦ κέντρου εὐθεῖαι λέγονται: ὅταν αἱ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπ' αὐτὰς κάθετοι ἀγόμεναι ἴσαι ὦσι. μεῖζον δ' ἀπέχειν λέγεται ἐφ' ἣν ἡ μείζων κάθετος πίπτει.

Τμῆμα κύκλου ἐστὶ τὸ περιεχόμενον σχῆμα, ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας.

Τμήματος δὲ γωνία ἐστὶν, ἡ περιεχομένη ὑπό τε εὐθείας, καὶ κύκλου περιφερείας.

Ἐν τμήματι δὲ γωνία ἐστὶν, ὅταν ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ τμήματος, ληφθῇ τι σημεῖον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς

εὐθείας

EVCLIDIS ELEMENTORVM GEOMETRIÆ LIBER TERTIVS.

Definitiones.

Circuli illi æquales ſunt, quorum diametri erunt æquales: vel qui æquales habent ex centris ductas lineas rectas.

Illa recta linea dicetur circulum tangere, quæ cum tangit circulum, et producta fuerit, tamen non ſecat circulum.

Circuli dicuntur ſeſe mutuo tangere, qui dum ſeſe tangunt, nõ tamen ſeſe mutuo ſecãt.

Rectæ in circulo æqualiter à centro diſtare dicuntur: quando perpendiculares à centro ad illas ductæ, æquales fuerint, longius verò illa diſtare dicitur, in quam maior cadit perpendicularis.

Segmentum circuli, eſt figura quæ linea recta & circuli circumferentia continetur.

Angulus verò ſegmenti eſt, qui linea recta, & circuli circumferentia continetur.

Angulus verò in ſegmento eſt, quando in circumferentia ſegmenti ſumptum fuerit aliquod punctum, & rectæ quædam ab eo pun-

εὐθείας ἥτις ἐςὶ βάσις τοῦ τμήματος ἐπιζευχθῶσιν εὐθεῖαι· ἡ περιεχομένη γωνία ὑπὸ τῶν ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν. ὅταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν εὐθεῖαι, ἀπολαμβάνουσι τίνα περιφέρειαν ἐπ᾽ ἐκείνης λέγεται βεβηκέναι ἡ γωνία.

Τομεὺς δὲ κύκλου ἐςὶν, ὅταν πρὸς τῷ κέντρῳ αὐτοῦ τοῦ κύκλου ςαθῇ ἡ γωνία, τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπότε τῶν τὴν γωνίαν περιεχουσῶν εὐθειῶν, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ᾽ αὐτῶν περιφερείας.

Ὅμοια τμήματα κύκλου ἐςὶν, τὰ δεχόμενα γωνίας ἴσας: ἢ ἐν οἷς αἱ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσὶν.

Πρότασις α. Πρόβλημα.

Τοῦ δοθέντος κύκλου τὸ κέντρον εὑρεῖν.

Πρότασις β. θεώρημα.

Ἐὰν κύκλου ἐπὶ τῆς περιφερείας ληφθῇ δύο τυχόντα σημεῖα, ἡ ἐπὶ τὰ αὐτὰ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα, ἐντὸς πεσεῖται τοῦ κύκλου.

Πρότασις γ. θεώρημα.

Ἐὰν

puncto ad extrema lineæ rectæ, quæ basis segmenti est, ductæ fuerint, angulus qui duabus illis ductis lineis rectis continetur, erit in segmento. Quando verò rectæ angulum continentes, absumpserint aliquam circumferentiæ partem, in illa dicetur angulus constitutus esse.

Sector circuli est, quando angulus fuerit ad centrum circuli constitutus, illa inquam figura, quæ continetur lineis rectis, angulum facientibus, & circumferentiæ parte, quæ lineis rectis istis est intercepta.

Similia segmenta circuli sunt, quæ æquales habent angulos, aut in quibus anguli sunt æquales.

Propositio 1. Problema.

Dati circuli centrum inuestigare.

Propositio 2. Theorema.

Si in circuli circumferentia sumantur duo puncta, recta quæ duo puncta ista coniungit, intra circulum cadit.

Propositio 3. Theorema.

Ἐὰν ἐν κύκλῳ εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου εὐθεῖάν τινα μὴ διὰ τοῦ κέντρου δίχα τέμνῃ, καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τεμεῖ· καὶ ἐὰν πρὸς ὀρθὰς αὐτὴν τέμνῃ, καὶ δίχα αὐτὴν τεμεῖ.

Πρότασις δ. Θεώρημα.

Ἐὰν ἐν κύκλῳ δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι, οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

Πρότασις ε. Θεώρημα.

Ἐὰν δύο κύκλοι τέμνουσιν ἀλλήλους, οὐκ ἔσται αὐτῶν τὸ αὐτὸ κέντρον.

Πρότασις ς. Θεώρημα.

Ἐὰν δύο κύκλοι ἐφάπτονται ἀλλήλων ἐντός· οὐκ ἔσται αὐτῶν τὸ αὐτὸ κέντρον.

Πρότασις ζ. Θεώρημα.

Ἐὰν κύκλου ἐπὶ τῆς διαμέτρου ληφθῇ τι σημεῖον, ὃ μὴ ἐστὶ κέντρον τοῦ κύκλου, ἀπὸ δὲ τοῦ σημείου προσπίπτωσιν εὐθεῖαι τινὲς πρὸς τὸν κύκλον, μεγίστη μὲν ἔσται ἐφ᾽ ἧς τὸ κέντρον, ἐλαχίστη δὲ ἡ λοιπή· τῶν δ᾽ ἄλλων ἀεὶ ἡ ἔγγιον τῆς διὰ τοῦ κέντρου, τῆς ἀπώτερον μείζων ἐστί. δύο δὲ μόνον εὐθεῖαι ἴσαι ἀπὸ τοῦ

αὐτοῦ

Si in circulo recta quædā per centrum ducta, aliam quandam rectam per centrum non ductam in duas secuerit partes, ad angulos rectos illam secabit: & si ad angulos rectos secat: etiam in duas partes æquales secabit.

Propositio 4. Theorema.

Si in circulo duæ rectæ sese mutuò secuerint, quæ tamen per centrum non sunt ductæ: non secant sese mutuò in duas partes æquales.

Propositio 5. Theorema.

Si duo circuli sese mutuò secant, non habent vnum idemq́ centrum.

Propositio 6. Theorema.

Si duo circuli sese mutuò internè secant: non habent vnum, idemq́ centrum.

Propositio 7. Theorema.

Si in diametro circuli sumatur aliquod punctum, quod non est centrum circuli, & à puncto isto ad circulū ductæ sint quædam lineæ rectæ, lōgißima erit illa, in qua est circuli centrum: reliqua verò omnium breuißima: ex alijs verò semper ea quæ rectæ per centrum ductæ proximior est, longior erit ea. quæ longius ab ea distat. duæ verò solummodo sunt rectæ æ-

αὐτοῦ σημείου προσπεσοῦνται πρὸς τὸν κύκλον, ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐλαχίστης.

Πρότασις η. Θεώρημα.

Ἐὰν κύκλου ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτὸς, ἀπὸ δὲ τοῦ σημείου πρὸς τὸν κύκλον διαχθῶσιν εὐθεῖαί τινες, ὧν μία μὲν διὰ τοῦ κέντρου, αἱ δὲ λοιπαὶ ὡς ἔτυχε, τῶν μὲν πρὸς τὴν κοίλην περιφέρειαν προσπιπτουσῶν εὐθειῶν, μεγίστη μέν ἡ διὰ τοῦ κέντρου, τῶν δ' ἄλλων, ἀεὶ ἡ ἔγγιον τῆς διὰ τοῦ κέντρου, τῆς ἀπώτερον μείζων ἐστί. τῶν δὲ πρὸς τὴν κυρτὴν περιφέρειαν προσπιπτουσῶν εὐθειῶν, ἐλαχίστη μὲν ἐστιν ἡ μεταξὺ τοῦ τε σημείου, καὶ τῆς διαμέτρου: τῶν δ' ἄλλων ἀεὶ ἡ ἔγγιον τῆς ἐλαχίστης τῆς ἀπώτερον ἐστὶν ἐλάττων. δύο δὲ μόνον εὐθεῖαι ἴσαι προσπεσοῦνται ἀπὸ τοῦ σημείου πρὸς τὸν κύκλον ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐλαχίστης.

Πρότασις θ. Θεώρημα.

Ἐὰν κύκλου ληφθῇ τι σημεῖον ἐντὸς, ἀπὸ δὲ τοῦ σημείου πρὸς τὸν κύκλον προσπίπτωσιν πλείους ἢ δύο εὐθεῖαι ἴσαι, τὸ ληφθὲν σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ κύκλου.

quales ducta ab eodem isto puncto ad circulum ex vtraq; parte lineæ breuissimæ.

Propositio 8. Theorema.

Si extra circulum aliquod sumatur punctum, & ab eo puncto ad circulum ducantur quædam lineæ rectæ, quarum vna per centrum sit ducta, reliquæ verò quouis modo, ex quibus quæ ad concauam circumferentiam cadunt, illa quæ per centrum est ducta, longissima erit, aliarum verò vnaquæq; quæ rectæ per centrum ductæ proximior est, longior erit remotiore. illarũ verò quæ ad conuexam circumferentiam cadunt, breuissima est quæ cadit inter punctum istud, & diametrũ, reliquarum verò semper ea, quæ proximior erit breuissimæ, breuior erit remotiore. duæ verò solummodo rectæ ab isto puncto, ad circulum ex vtraq; parte breuissimæ lineæ cadent.

Propositio 9. Theorema.

Si punctum aliquod intra circulum sumatur, & ab eo puncto ad circulum ducantur plures quàm duæ rectæ æquales, punctum istud assumptum, centrum est circuli.

Πρότασις ι. θεώρημα.

Κύκλος οὐ τέμνει κύκλον κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ δύο.

Πρότασις ια. θεώρημα.

Εαν δύο κύκλοι ἐφάπτωνται ἀλλήλων ἐντὸς, καὶ ληφθῇ αὐτῶν τὰ κέντρα: ἡ ἐπὶ τὰ κέντρα αὐτῶν ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα, καὶ ἐκβαλλομένη, ἐπὶ τὴν συναφὴν πεσεῖται τῶν κύκλων.

Πρότασις ιβ. θεώρημα.

Εαν δύο κύκλοι ἅπτωνται ἀλλήλων ἐκτὸς, ἡ ἐπὶ τὰ κέντρα αὐτῶν ἐπιζευγνυμένη, διὰ τῆς ἐπαφῆς ἐλεύσεται.

Πρότασις ιγ. θεώρημα.

Κύκλος κύκλου οὐκ ἐφάπτεται κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ καθ᾽ ἕν, ἐάντε ἐντὸς, ἐάντε ἐκτὸς ἐφάπτηται.

Πρότασις ιδ. θεώρημα.

Εν κύκλῳ αἱ ἴσαι εὐθεῖαι, ἴσον ἀπέχουσιν ἀπὸ τοῦ κέντρου, καὶ αἱ ἴσον ἀπέχουσαι ἀπὸ τοῦ κέντρου, ἴσαι ἀλλήλαις εἰσὶν.

Πρότασις ιε. θεώρημα.

Εν κύκλῳ μεγίστη μὲν ἐστιν ἡ διάμετρος, τῶν δὲ ἄλ-

Propositio 10. Theorema.

Circulus circulum non ſecat in pluribus punctis, quàm in duobus tantum.

Propoſitio 11. Theorema.

Si duo circuli ſeſe mutuò tangent intus, & eorum ſumantur centra: recta quæ per centra illarum ducta fuerit, & extenſa etiam cadet in contactum circulorum.

Propoſitio 12. Theorema.

Si duo circuli ſeſe mutuò tangent extra, recta quæ illorum centra coniungit, per contactum tranſit.

Propoſitio 13. Theorema.

Circulus circulum non tangit pluribus in punctis, quàm in vno tantum: ſiue intus id fiat, ſiue extra tangat.

Propoſitio 14. Theorema.

In circulo rectæ æquales, æqualiter à centro diſtant: & rectæ quæ æqualiter à centro diſtant, æquales inter ſe ſunt.

Propoſitio 15. Theorema.

In circulo longiſſima eſt illa, quæ diame-

καὶ ἄλλων ἀεὶ ἡ ἔγγιον τοῦ κέντρου τῆς ἀπώτερον μείζων ἐστίν.

Πρότασις ιϛ. θεώρημα.

Ἡ τῇ διαμέτρῳ τοῦ κύκλου πρὸς ὀρθὰς ἀπ' ἄκρας ἀγομένη, ἐκτὸς πεσεῖται τοῦ κύκλου, καὶ εἰς τὸν μεταξὺ τόπον τῆς τε εὐθείας καὶ τῆς περιφερείας ἑτέρα εὐθεῖα οὐ παρεμπεσεῖται, καὶ ἡ μὲν τοῦ ἡμικυκλίου γωνία, ἁπάσης ὀξείας γωνίας εὐθυγράμμου μείζων ἐστίν: ἡ δὲ λοιπὴ ἐλάττων.

Πρότασις ιζ. Πρόβλημα.

Ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου, τοῦ δοθέντος κύκλου ἐφαπτομένην εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Πρότασις ιη. θεώρημα.

Ἐὰν κύκλου ἐφάπτηταί τις εὐθεῖα, ἀπὸ δὲ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν ἁφὴν ἐπιζευχθῇ τις εὐθεῖα: ἡ ἐπιζευχθεῖσα, κάθετος ἔσται ἐπὶ τὴν ἁπτομένην.

Πρότασις ιθ. Θεώρημα.

Ἐὰν κύκλου ἐφάπτηταί τις εὐθεῖα, ἀπὸ δὲ τῆς ἁφῆς τῇ ἐφαπτομένῃ πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖα γραμμὴ ἀχθῇ, ἐπὶ τῆς ἀχθείσης ἔσται τὸ κέντρον τοῦ κύκλου.

ter est, reliquarum verò illa semper, quæ proximior est centro, longior erit remotiore.

Propositio 16. Theorema.

Recta quæ ab alterutro extremo diametri ducta fuerit diametro ad angulos rectos, extra circulum cadet: & alia linea recta non cadet inter ipsam, & circuli circumferentiã: angulus verò semicirculi maior est quouis angulo acuto rectilineo, reliquus verò quouis acuto angulo rectilineo minor.

Propositio 17. Problema.

A dato puncto ducere lineam rectam, quæ datum circulum tangat.

Propositio 18. Theorema.

Si circulum aliqua linea recta tangat, & à centro ad contactum ducta fuerit quædam linea recta: illa quæ ducta est linea, erit perpendicularis ad eam quæ circulum tangit.

Propositio 19. Theorema.

Si recta quædam circulum tangat: à contactu verò ducatur quædam linea recta, quæ ad angulos sit rectos lineæ quæ circulum tangit: centrum circuli est in ea linea, quæ à contactu ad angulos rectos ducta est.

Πρότασις κ. θεώρημα.

Ἐν κύκλῳ ἡ πρὸς τῷ κέντρῳ γωνία, διπλασίων ἐστὶ τῆς πρὸς τῇ περιφερείᾳ, ὅταν τὴν αὐτὴν περιφέρειαν βάσιν ἔχωσιν αἱ γωνίαι.

Πρότασις κα. θεώρημα.

Ἐν κύκλῳ αἱ ἐν τῷ αὐτῷ τμήματι γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

Πρότασις κβ. θεώρημα.

Τῶν ἐν τοῖς κύκλοις τετραπλεύρων, αἱ ἀπ' ἐναντίον γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν.

Πρότασις κγ. θεώρημα.

Ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας δύο τμήματα κύκλων ὅμοια καὶ ἄνισα, οὐ συσταθήσονται ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη.

Πρότασις κδ. θεώρημα.

Τὰ ἐπ' ἴσων εὐθειῶν ὅμοια τμήματα κύκλων ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

Πρότασις κε. Πρόβλημα.

Κύκλου τμήματος δοθέντος, προσαναγράψαι τὸν κύκλον οὗπερ ἐστὶ τμῆμα.

Πρότα-

Propositio 20. Theorema.

In circulo angulus ad centrum constitutus duplus est ad angulum qui ad circumferentiã constituitur, tum scilicet, quando anguli eandẽ circumferentiã pro basi habuerit.

Propositio 21. Theorema.

In circulo anguli qui in eodem sunt segmento, sunt inter se æquales.

Propositio 22. Theorema.

Quadrilaterarum figurarum in circulo descriptarum anguli oppositi duobus rectis sunt æquales.

Propositio 23. Theorema.

Super eandem lineam rectam duo circulorum segmenta similia, & inæqualia non statuentur in easdem partes.

Propositio 24. Theorema.

Similia circulorum segmenta, quæ supra æquales rectas constituuntur, æqualia sunt.

Propositio 25. Problema.

Dato segmento circuli adscribere, & delineare circulum, cuius quidem sit datum segmentum.

Propo-

Πρότασις κϛ. Θεώρημα.

Εν τοῖς ἴσοις κύκλοις, αἱ ἴσαι γωνίαι ἐπ' ἴσων περιφερειῶν βεβήκασι, ἐάν τε πρὸς τοῖς κέντροις, ἐάν τε πρὸς ταῖς περιφερείαις ὦσι βεβηκυῖαι.

Πρότασις κζ. Θεώρημα.

Εν τοῖς ἴσοις κύκλοις αἱ ἐπ' ἴσων περιφερειῶν βεβηκυῖαι γωνίαι, ἴσαι ἀλλήλαις εἰσὶν, ἐάν τε πρὸς τοῖς κέντροις, ἐάν τε πρὸς ταῖς περιφερείαις ὦσι βεβηκυῖαι.

Πρότασις κη. Θεώρημα.

Εν τοῖς ἴσοις κύκλοις αἱ ἴσαι εὐθεῖαι ἴσας περιφερείας ἀφαιροῦσι, τὴν μὲν μείζονα τῇ μείζονι, τὴν δ' ἐλάττονα τῇ ἐλάττονι.

Πρότασις κθ. Θεώρημα.

Εν τοῖς ἴσοις κύκλοις ὑπὸ τὰς ἴσας περιφερείας, ἴσαι εὐθεῖαι ὑποτείνουσιν.

Πρότασις λ. Πρόβλημα.

Τὴν δοθεῖσαν περιφέρειαν δίχα τεμεῖν.

Πρότασις λα. Θεώρημα.

Εν κύκλῳ ἡ μὲν ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ γωνία, ὀρθή ἐστιν, ἡ δ' ἐν τῷ μείζονι τμήματι ἐλάττων ὀρθῆς: ἡ δ' ἐν τῷ ἐλάττονι, μείζων ὀρθῆς.

καὶ

Propositio 26. Theorema.

In circulis æqualibus, anguli æquales, æqualibus in circumferentijs constituuntur, siue ad centra, siue ad circumferentias constituantur.

Propositio 27. Theorema.

In circulis æqualibus, anguli qui consistunt in circumferentijs æqualibus, æquales inter se sunt: siue ad centra, siue ad circumferentias constituantur.

Propositio 28. Theorema.

In circulis æqualibus, rectæ æquales, etiã æquales auferent circumferentias, maiorem maiori æqualem, & minorem minori.

Propositio 29. Theorema.

In circulis æqualibus, rectæ æquales, subtendunt etiam circumferentias æquales.

Propositio 30. Problema.

Datã circumferentiã secare in duas partes æquales.

Propositio 31. Theorema.

In circulo angulus qui est in semicirculo est rectus, qui verò in maiore est segmento, minor erit recto: qui verò in minore segmento consti-

καὶ ἔτι ἡ μὲν τοῦ μείζονος τμήματος γωνία μείζων ἐστὶν ὀρθῆς, ἡ δὲ τοῦ ἐλάττονος τμήματος γωνία, ἐλάττων ἐστὶν ὀρθῆς.

Πρότασις λβ. Θεώρημα.

Εαν κύκλου ἐφάπτηταί τις εὐθεῖα, ἀπὸ δὲ τῆς ἀφῆς ἐπὶ τὸν κύκλον διαχθῆ τις εὐθεῖα τέμνουσα τὸν κύκλον, ἃς ποιεῖ γωνίας πρὸς τῇ ἐφαπτομένῃ ἴσαι ἔσονται ταῖς ἐν τοῖς ἐναλλὰξ τοῦ κύκλου τμήμασι γωνίαις.

Πρότασις. λγ. πρόβλημα.

Επὶ τῆς δοθείσης εὐθείας γράψαι τμῆμα κύκλου δεχόμενον γωνίαν ἴσην, τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

Πρότασις λδ. πρόβλημα.

Απὸ τοῦ δοθέντος κύκλου τμῆμα ἀφελεῖν δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

Πρότασις λε. Θεώρημα.

Εαν ἐν κύκλῳ δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, τὸ ὑπὸ τῶν τῆς μιᾶς τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον: ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν τῆς ἑτέρας τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Πρότα-

constituetur maior recto. præterea angulus segmenti maioris, maior recto, minoris verò segmenti, minor recto erit.

Propositio 32. Theorema.

Si recta quædam circulum tangat, à contactu verò ad circulum ducatur quædam recta circulum secans: quoscunq; fecerit angulos ad lineam contingentē: æquales erunt angulis q in segmentis sunt pmutatim sumptis.

Propositio 33. Problema.

Super datam lineam rectam describere segmētum circuli, quod contineat angulum dato angulo rectilineo æqualem.

Propositio 34. Problema.

A dato circulo auferre segmentum, quod contineat angulum æqualem, dato angulo rectilineo.

Propositio 35. Theorema.

Si in circulo duæ rectæ sese secant: rectangulum quod continetur segmentis vnius, æquale est rectangulo, quod continetur segmentis alterius.

Πρότασις λϛ. Θεώρημα.

Ἐὰν κύκλου ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτὸς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν κύκλον προσπίπτωσι δύο εὐθεῖαι, καὶ ἡ μὲν αὐτῶν τέμνῃ τὸν κύκλον, ἡ δὲ ἐφάπτηται· ἔσται τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης τεμνούσης καὶ τῆς ἐκτὸς ἀπολαμβανομένης μεταξὺ τοῦ τε σημείου καὶ τῆς κυρτῆς περιφερείας περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ἐφαπτομένης τετραγώνῳ.

Πρότασις λζ. Θεώρημα.

Ἐὰν κύκλου ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτὸς, ἀπὸ δὲ τοῦ σημείου πρὸς τὸν κύκλον προσπίπτωσι δύο εὐθεῖαι, καὶ ἡ μὲν αὐτῶν τέμνῃ τὸν κύκλον, ἡ δὲ προσπίπτῃ, ᾖ δὲ τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης τεμνούσης, καὶ τῆς ἐκτὸς ἀπολαμβανομένης μεταξὺ τοῦ τε σημείου καὶ τῆς κυρτῆς περιφερείας, ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς προσπιπτούσης, ἡ προσπίπτουσα ἐφάψεται τοῦ κύκλου.

Τέλος τοῦ γ. στοιχείου.

ΕΥΚΛΕΙ-

Propositio 36. Theorema.

Si in circulo aliquod sumatur punctum extrinsecus: & ab eo ad circulum cadant duæ lineæ rectæ, quarum altera circulum secet, altera circulum tangat: rectangulum quod cõtinetur à tota recta secante, & recta quæ extrinsecus intra punctum & conuexam circumferentiam intercipitur, æquale est quadrato lineæ rectæ tangentis.

Propositio 37. Theorema.

Si in circulo punctum aliquod extrinsecus sumatur, & à puncto ad circulum cadant lineæ duæ rectæ, quarum altera circulum secet, altera verò incidat in circulum: sit verò rectangulum, quod à tota secante, & ea quæ intra punctum & conuexam circumferentiã ponitur æquale quadrato lineæ rectæ incidentis: recta ista quæ incidit, tanget circulum.

Finis libri tertij elementorum.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΟΡΟΙ.

Σχῆμα εὐθύγραμμον εἰς σχῆμα εὐθύγραμμον ἐγγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἑκάστη τῶν τοῦ ἐγγραφομένου σχήματος γωνιῶν ἑκάστης πλευρᾶς τοῦ εἰς ὃ ἐγγράφεται ἅπτηται.

Σχῆμα δὲ ὁμοίως περὶ σχῆμα περιγράφεσθαι λέγεται. ὅταν ἑκάστη πλευρὰ τοῦ περιγραφομένου, ἑκάστης γωνίας τοῦ περὶ ὃ περιγράφεται ἅπτηται.

Σχῆμα δ' εὐθύγραμμον εἰς κύκλον ἐγγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἑκάστη γωνία τοῦ ἐγγραφομένου ἅπτηται τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας.

Σχῆμα δ' εὐθύγραμμον περὶ κύκλον περιγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἑκάστη πλευρὰ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας τοῦ περιγραφομένου ἐφάπτηται.

Κύκλος δ' ὁμοίως εἰς σχῆμα λέγεται ἐγγράφεσθαι ὅταν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια ἑκάστης πλευρᾶς τοῦ εἰς ὃ ἐγγράφεται ἅπτηται.

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER QVARTVS.

Definitiones.

Figura rectilinea dicetur in figuram rectilineam inscribi, quando vnusquisq; angulus eius figuræ, quæ inscribitur, tangit vnumquodq; lat⁹ figuræ, in quam est inscripta.

Figura etiã dicetur similitudine quadam circa figuram describi: quando vnumquodq; latus figuræ circũscriptæ tangit vnumquemque angulum eius figuræ, circa quam describitur.

Figura rectilinea in circulum inscribi dicetur: quando vnusquisq; angulus figuræ inscriptæ tangit circuli circumferentiam.

Figura rectilinea dicetur circa circulum describi, quando vnusquisq; angulus tangit circuli circa quem describitur figura, circumferentiam.

Circulus verò similiter dicetur in figuram inscribi, quando circuli circumferentia tangit vnumquodq; latus figuræ eius, in quã inscribitur.

Κύκλος δὲ περὶ σχῆμα περιγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια ἑκάστης γωνίας τοῦ περὶ ὃ περιγράφεται ἅπτηται.

Εὐθεῖα εἰς κύκλον ἐναρμόζεσθαι λέγεται ὅταν τὰ πέρατα αὐτῆς ἐπὶ τῆς περιφερείας ᾖ τοῦ κύκλου.

Πρότασις α. Πρόβλημα.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ μὴ μείζονι οὔσῃ τῆς τοῦ κύκλου διαμέτρου: ἴσην εὐθεῖαν ἐναρμόσαι.

Πρότασις β. πρόβλημα.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον, τῷ δοθέντι τριγώνῳ, ἰσογώνιον τρίγωνον ἐγγράψαι.

Πρότασις γ. πρόβλημα.

Περὶ τὸν δοθέντα κύκλον, τῷ δοθέντι τριγώνῳ, ἰσογώνιον τρίγωνον περιγράψαι.

Πρότασις δ. πρόβλημα.

Εἰς τὸ δοθὲν τρίγωνον κύκλον ἐγγράψαι.

Πρότασις ε. πρόβλημα.

Περὶ τὸ δοθὲν τρίγωνον κύκλον περιγράψαι.

Πρό-

Circulus verò dicetur circa figuram describi, quando circuli circumferentia tangit vnumquemq; angulum figuræ, circa quam circulus describitur.

Recta linea dicetur in circulum coaptari, quando eius extrema fuerint in circumferentia circuli.

Propositio 1. problema.

IN datum circulum, datæ lineæ rectæ, quæ non maior est diametro circuli æqualem rectam applicare.

Propositio 2. problema.

In datum circulum dato triangulo, triangulum æquales habentem cum dato triangulo angulos, inscribere.

Propositio 3. problema.

Circa datum circulum dato triangulo circumscribere triangulum, qui æquales habeat angulos cum dato triangulo.

Propositio 4. problema.

In datum triangulum inscribere circulũ.

Propositio 5. problema.

Circa datũ triangulũ circulũ circũscribere.

Πρότασις ς. πρόβλημα.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον, τετράγωνον ἐγγράψαι.

Πρότασις ζ. πρόβλημα.

Περὶ τὸν δοθέντα κύκλον, τετράγωνον περιγράψαι.

Πρότασις η. πρόβλημα.

Εἰς τὸ δοθὲν τετράγωνον κύκλον ἐγγράψαι.

Πρότασις θ. πρόβλημα.

Περὶ τὸ δοθὲν τετράγωνον, κύκλον περιγράψαι.

Πρότασις ι. πρόβλημα.

Ισοσκελὲς τρίγωνον συστήσασθαι, ἔχον ἑκατέραν τῶν πρὸς τῇ βάσει γωνιῶν διπλασίονα τῆς λοιπῆς.

Πρότασις ια. πρόβλημα.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον, πεντάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον ἐγγράψαι.

Πρότασις ιβ. πρόβλημα.

Περὶ τὸν δοθέντα κύκλον, πεντάγωνον ἰσόπλευρόντε καὶ ἰσογώνιον περιγράψαι.

Πρότασις ιγ. πρόβλημα.

Εἰς τὸ δοθὲν πεντάγωνον, ὅ ἐστιν ἰσόπλευρόντε καὶ ἰσογώνιον, κύκλον ἐγγράψαι.

Propositio 6. problema.

Circulo dato inscribere quadratum.

Propositio 7. problema.

Circulo dato circumscribere quadratum.

Propositio 8. problema.

Dato quadrato inscribere circulum.

Propositio 9. problema.

Dato quadrato circulum circumscribere.

Propositio 10. problema.

Triangulum duo æqualia habentem latera constituere, qui habeat alterutrum angulorum ad basin duplum reliqui anguli.

Propositio 11. problema.

Dato circulo inscribere pentagonon, quod & latera æqualia, & angulos æquales habeat.

Propositio 12. problema.

Dato circulo pentagonon circumscribere, quod & latera æqualia, & angulos æquales habeat.

Propositio 13. problema.

Dato pentagono quod latera æqualia, & angulos æquales habet, circulum inscribere.

Πρότασις ιδ. πρόβλημα.

Περὶ τὸ δοθὲν πεντάγωνον, ὅ ἐστιν ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον κύκλον περιγράψαι.

Πρότασις ιε. πρόβλημα.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον ἑξάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον ἐγγράψαι.

Πρότασις ιϛ. πρόβλημα.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον πεντεκαιδεκάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον ἐγγράψαι.

Τέλος τοῦ δ΄ Εὐκλείδου στοιχείου.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ΟΡΟΙ.

Μέρος ἐστὶ μέγεθος μεγέθους τὸ ἔλασσον τοῦ μείζονος, ὅταν καταμετρῇ τὸ μεῖζον.

Πολλαπλάσιον δὲ τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάσσονος, ὅταν καταμετρῆται ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος.

Λόγος

Propositio 14. problema.

Dato pentagono, quod & æqualia latera, & angulos æquales habet, circumscribere circulum.

Propositio 15. problema.

Dato circulo hexagonon quod æqualia habet latera, & angulos æquales inscribere.

Propositio 16. problema.

Dato circulo figuram rectilineam quindecim angulorum, quæ æqualia latera, & angulos æquales habent, inscribere.

Finis libri quarti Elementorum Euclidis.

EVCLIDIS ELEMENTVM QVINTVM.

Definitiones.

M*Agnitudo alterius magnitudinis minor maioris est pars, quando minor exactè metitur maiorem.*

Magnitudo alterius magnitudinis multiplex est maior minoris, cùm sub minoris cadit mensuram.

Ra-

Λόγος ἐστὶ δύο μεγεθῶν ὁμογενῶν ἡ κατὰ πηλικότητα πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις.

Λόγον ἔχειν πρὸς ἄλληλα μεγέθη λέγεται, ἃ δύναται πολλαπλασιαζόμενα, ἀλλήλων ὑπερέχειν.

Εν τῷ αὐτῷ λόγῳ μεγέθη λέγεται εἶναι, πρῶτον πρὸς δεύτερον, καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, ὅταν τὰ τοῦ πρώτου καὶ τρίτου ἰσάκις πολλαπλάσια, τῶν τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου ἰσάκις πολλαπλασίων καθ' ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμὸν ἑκάτερον ἑκατέρου, ἢ ἅμα ἐλλείπῃ, ἢ ἅμα ἴσα ᾖ, ἢ ἅμα ὑπερέχῃ ληφθέντα κατάλληλα.

Τὰ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχοντα μεγέθη λόγον, ἀνάλογον καλείσθω.

Οταν δὲ τῶν ἰσάκις πολλαπλασίων, τὸ μὲν τοῦ πρώτου πολλαπλάσιον, μὴ ὑπερέχῃ τοῦ τοῦ δευτέρου πολλαπλασίου, τὸ δὲ τοῦ τρίτου πολλαπλάσιον, μὴ ὑπερέχῃ τοῦ τοῦ τετάρτου πολλαπλασίου, τότε τὸ πρῶτον πρὸς τὸ δεύτερον, μείζονα λόγον ἔχειν λέγεται ἤπερ τὸ τρίτον πρὸς τὸ τέταρτον.

Αναλογία δέ, ἐστιν ἡ τῶν λόγων ὁμοιότης.

Αναλογία δέ, ἐν τρισὶν ὅροις ἐλαχίστοις ἐστίν.

Οταν

Ratio est duarum magnitudinum homogenearum secũdum quantitatẽ inter se quædam habitudo.

Magnitudines inter se rationem habere dicuntur, quæ multiplicatæ possunt sese mutuò excedere.

Magnitudines dicuntur in eadem ratione esse prima ad secundam, & tertia ad quartam, quando primæ & tertiæ æquè multiplices, secundæ & quartæ æquè multiplices, iuxta quamuis multiplicationẽ vtraq; vtramq; vel vnà deficit, vel vnà assequitur, vel vnà superat sumptæ inter se.

Eandem autem habentes rationem vocentur proportionales.

Quando autem æqualiter multiplicium, primæ quidem multiplex exuperat secundæ multiplicem, tertiæ autem multiplex non exuperat quartæ multiplicem: tunc prima ad secundam maiorem habere dicitur rationem, quàm tertia ad quartam.

Proportio verò est similitudo rationum.

Proportio autem in tribus terminis minima est.

Quan-

Οταν δὲ τρία μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τρίτον διπλασίονα λόγον ἔχειν λέγεται ἤπερ πρὸς τὸ δεύτερον.

Οταν δὲ τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τέταρτον τριπλασίονα λόγον ἔχειν λέγεται: ἤπερ πρὸς τὸ δεύτερον, καὶ ἀεὶ ἑξῆς ἑνὶ πλεῖον, ἕως ἂν ἡ ἀναλογία ὑπάρχῃ.

Ομόλογα μεγέθη λέγεται εἶναι, τὰ μὲν ἡγούμενα τοῖς ἡγουμένοις, τὰ δ' ἑπόμενα τοῖς ἑπομένοις.

Εναλλὰξ λόγος ἐστὶ, λῆψις τοῦ ἡγουμένου πρὸς τὸ ἡγούμενον, καὶ τοῦ ἑπομένου πρὸς τὸ ἑπόμενον.

Ανάπαλιν λόγος ἐστὶ, λῆψις τοῦ ἑπομένου, ὡς ἡγουμένου, πρὸς τὸ ἡγούμενον ὡς ἑπόμενον.

Σύνθεσις λόγου ἐστὶ, λῆψις τοῦ ἡγουμένου μετὰ τοῦ ἑπομένου ὡς ἑνὸς πρὸς αὐτὸ τὸ ἑπόμενον.

Διαίρεσις δὲ λόγου ἐστὶ, λῆψις τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου πρὸς αὐτὸ τὸ ἑπόμενον.

Ανα-

Quando autem tres magnitudines proportionales fuerint prima ad tertiam, duplã rationem habere dicitur, quàm ad secundam.

Quando autẽ quatuor magnitudines proportionales fuerint, prima ad quartam triplam rationem habere dicitur, quàm ad secundam: & semper deinceps vna plus, quamdiu proportio fuerit.

Homologæ magnitudines esse dicuntur, antecedentes antecedentibus, & consequentes consequentibus.

Alterna ratio est assumptio antecedentis ad antecedentem, & consequentis ad consequentem.

Inuersa ratio est assumptio consequentis, vt antecedentis, ad antecedentem, tanquam consequentem.

Compositio rationis est assumptio antecedentis cum consequente tanquam vnius, ad ipsum consequens.

Diuisio rationis est assumptio exuperantiæ, qua maior est antecedens consequente, ad ipsum consequens.

Reuer-

Ἀναστροφὴ λόγου ἐστὶ λῆψις τοῦ ἡγουμένου πρὸς τὴν ὑπεροχὴν ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου.

Δι' ἴσου λόγος ἐστὶ, πλειόνων ὄντων μεγεθῶν, καὶ ἄλλων αὐτοῖς ἴσων τὸ πλῆθος σύνδυο λαμβανομένων, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· ὅταν ᾖ ὡς ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσι τὸ πρῶτον πρὸς τὸ ἔσχατον· οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσι τὸ πρῶτον πρὸς τὸ ἔσχατον, ἢ ἄλλως λῆψις τῶν ἄκρων καθ' ὑπεξαίρεσιν τῶν μέσων.

Τεταγμένη ἀναλογία ἐστὶν ὅταν ᾖ ὡς ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον οὕτως ἡγούμενον πρὸς τὸ ἑπόμενον· ᾖ δὲ καὶ ὡς ἑπόμενον πρὸς ἄλλο τι, οὕτως ἑπόμενον πρὸς ἄλλο τι.

Τεταραγμένη δ' ἀναλογία ἐστὶν, ὅταν τριῶν ὄντων μεγεθῶν, καὶ ἄλλων ἴσων αὐτοῖς τὸ πλῆθος γίνεται, ὡς μὲν ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσιν, ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον· οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον· ὡς δ' ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσιν ἑπόμενον πρὸς ἄλλο τι * οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἡγούμενον πρὸς ἄλλο τι.

* *Aliter*, οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἄλλο τι πρὸς ἡγούμενον.

Πρότασ

Reuersio rationis est assumptio antecedentis ad exuperantiam, qua maior est antecedens consequente.

Ex æquo ratio est pluribus positis magnitudinibus, & alijs eas æquantibus multitudine, binis sumptis, & in eadem ratione, cum est, vt in primis magnitudinibus prima ad vltimam, sic in secundis magnitudinibus prima ad vltimam, aut aliter assumptio extremorum per subductionem mediorum.

Ordinata proportio est, quando est vt antecedens ad consequentem, sic antecedens ad consequentem, erit autem etiam vt consequens ad aliam quandam, sic consequens ad aliam quandam.

Perturbata proportio autē est, quando tribus positis magnitudinib⁹, & alijs æqualibus eis multitudine, fit vt in primis magnitudinibus antecedens ad consequentem, sic in secundis magnitudinibus antecedens ad consequentem. vt autem in primis magnitudinibus consequens ad aliam quandam, sic in secundis magnitudinibus alia quædam ad antecedentem.

Πρότασις α. Θεώρημα.

Εὰν ᾖ ὁποσαοῦν μεγέθη, ὁποσωνοῦν μεγεθῶν ἴσων τὸ πλῆθος, ἕκαστον ἑκάστου ἰσάκις πολλαπλάσιον: ὁσαπλάσιον ἐστὶν ἓν τῶν μεγεθῶν ἑνὸς: τοσαυταπλάσια ἔσται καὶ τὰ πάντα τῶν πάντων.

Πρότασις β. Θεώρημα.

Εὰν πρῶτον δευτέρου ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον, καὶ τρίτον τετάρτου, ᾖ δὲ καὶ πέμπτον δευτέρου ἰσάκις πολλαπλάσιον, καὶ ἕκτον τετάρτου, καὶ συντεθὲν πρῶτον καὶ πέμπτον, δευτέρου ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον, καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τετάρτου.

Πρότασις γ. Θεώρημα.

Εὰν πρῶτον δευτέρου ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον, καὶ τρίτον τετάρτου: ληφθῇ δὲ ἰσάκις πολλαπλάσια τοῦ πρώτου καὶ τρίτου, καὶ δι' ἴσου τῶν ληφθέντων, ἑκάτερον ἑκατέρου ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον, τὸ μὲν, τοῦ δευτέρου, τὸ δὲ, τοῦ τετάρτου.

Πρότασις δ. Θεώρημα.

Εὰν πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον, καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, καὶ τὰ ἰσάκις πολλα-

Propositio 1. Theorema.

Si sint quotlibet magnitudines, quotlibet magnitudinum æqualium multitudine vnaquæq; vnius cuiusq; æque multiplex, quotuplex est vna magnitudinum vnius, totuplices erunt omnes omnium.

Propositio 2. Theorema.

Si fuerit magnitudo prima magnitudinis secundæ æqualiter multiplex, & tertia quartæ: fuerit item quinta secundæ æqualiter multiplex, & sexta quartæ: erit coniuncta magnitudo prima cum quinta, æqualiter multiplex secundæ, & tertia cum sexta quartæ.

Propositio 3. Theorema.

Si fuerit magnitudo prima magnitudinis secundæ æqualiter multiplex, & tertia quartæ: & si sumptæ fuerint æqualiter multiplices magnitudines primæ & tertiæ: erit etiam ex æquo altera alterius æqualiter multiplex: illa quidem secundæ, hæc verò quartæ.

Propositio 4. Theorema.

Si magnitudo prima ad magnitudinem secundam eam habuerit proportionem, quam πολλαπλάσια τοῦ τε πρώτου καὶ τρίτου πρὸς τὰ ἰσάκις πολλαπλάσια τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου καθ' ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμὸν τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον ληφθέντα κατάλληλα.

Πρότασις ε. Θεώρημα.

Ἐὰν μέγεθος μεγέθους ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον, ὅπερ ἀφαιρεθὲν ἀφαιρεθέντος: καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λοιποῦ ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον ὁσαπλάσιόν ἐστι τὸ ὅλον τοῦ ὅλου.

Πρότασις ϛ. Θεώρημα.

Ἐὰν δύο μεγέθη δύο μεγεθῶν ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσια, καὶ ἀφαιρεθέντα τινὰ τῶν αὐτῶν ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσια: καὶ τὰ λοιπὰ τοῖς αὐτοῖς ἤτοι ἴσα ἐστὶν, ἢ ἰσάκις αὐτῶν πολλαπλάσια.

Πρότασις ζ. Θεώρημα.

Τὰ ἴσα πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, καὶ τὸ αὐτὸ πρὸς τὰ ἴσα.

Πρότασις η. Θεώρημα.

Τῶν ἀνίσων μεγεθῶν τὸ μεῖζον πρὸς τὸ αὐτὸ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ τὸ ἔλαττον, καὶ τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ ἔλαττον, μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ πρὸς τὸ μεῖζον.

Πρότα-

tertia ad quartam: etiam æqualiter multiplices magnitudines primæ & tertiæ, ad æqualiter multiplices magnitudines secundæ & quartæ, iuxta quamuis multiplicationem eandem habebũt proportionẽ, inter se collatæ.

Propositio 5. Theorema.

Si magnitudo magnitudinis æqualiter fuerit multiplex, vt ablata ablatæ: erit etiã reliqua reliquæ æqualiter multiplex, vt tota totius.

Propositio 6. Theorema.

Si duæ magnitudines duarum magnitudinum æqualiter fuerint multiplices: et ablatæ quædam earũdem fuerint æqualiter multiplices: erunt etiam reliquæ eisdem vel æquales, vel earundem æqualiter multiplices.

Propositio 7. Theorema.

Æquales magnitudines ad eandem, eandem habent proportionẽ, & eadẽ ad æquales.

Propositio 8. Theorema.

Magnitudinum inæqualium maior ad eandem maiorem habet proportionem quàm minor: & eadem illa magnitudo ad minorem habet proportionem maiorem, quàm ad maiorem.

Πρότασις θ. Θεώρημα.

Τὰ πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον, ἴσα ἀλλήλοις ἐστὶ, καὶ πρὸς ἃ τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, κἀκεῖνα ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

Πρότασις ι. Θεώρημα.

Τῶν πρὸς τὸ αὐτὸ λογόν ἐχόντων, τὸ τὸ μείζονα λόγον ἔχον, ἐκεῖνο μεῖζον ἐστὶ, πρὸς ὃ δὲ τὸ αὐτὸ μείζονα λόγον ἔχει, ἐκεῖνο ἔλαττον ἐστίν.

Πρότασις ια. Θεώρημα.

Οἱ τῷ αὐτῷ λόγῳ οἱ αὐτοὶ, καὶ ἀλλήλοις εἰσὶν οἱ αὐτοί.

Πρότασις ιβ. Θεώρημα.

Εαν ᾖ ὁποσαουῦ μεγέθη ἀνάλογον, ἔσται ὡς ἓν τῶν ἡγουμένων πρὸς ἓν τῶν ἑπομένων, οὕτως ἅπαντα τὰ ἡγούμενα, πρὸς ἅπαντα τὰ ἑπόμενα.

Πρότασις ιγ. Θεώρημα.

Εὰν πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον, καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, τρίτον δὲ πρὸς τέταρτον μείζονα λόγον ἔχῃ, ἢ πέμπτον πρὸς ἕκτον, καὶ πρῶτον πρὸς δεύτερον μείζονα λόγον ἕξει, ἢ πέμπτον πρὸς ἕκτον.

Πρό-

Propositio 9. Theorema.

Magnitudines ad eandem, eandem habẽtes proportionem, æquales ſunt inter ſe, & ad quas eadem, eandem habet proportionem: etiam illæ ſunt inter ſe æquales.

Propositio 10. Theorema.

Quæ ex magnitudinibus ad eandem, proportionem habentibus maiorem habet proportionem, illa eſt maior: & ad quam eadem maiorem habet proportionem, illa eſt minor.

Propositio 11. Theorema:

Quæ eidem proportioni ſunt eædem: illæ etiam inter ſe ſunt eædem.

Propositio 12. Theorema.

Si fuerint magnitudines quotlibet proportionales: erit quemadmodum vna præcedentium, ad vnam conſequentium: ſic omnes præcedentes ad omnes conſequentes.

Propositio 13. Theorema.

Si magnitudo prima ad ſecundam, eam habuerit proportionem, quam tertia ad quartam: tertia verò ad quartam maiorem habuerit proportionem, quàm quinta ad ſextam: tum etiam prima ad ſecundam maiorem habebit proportionẽ, quàm quinta ad ſextam.

Πρότασις ιδ. θεώρημα.

Εὰν πρῶτον πρὸς δεύτερον τὸν αὐτὸν ἔχῃ λόγον, καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, τὸ δὲ πρῶτον τοῦ τρίτου μεῖζον ᾖ, καὶ τὸ δεύτερον τοῦ τετάρτου μεῖζον ἔσται. κἂν ἴσον, ἴσον, κἂν ἔλασσον, ἔλασσον.

Πρότασις ιε. θεώρημα.

Τὰ μέρη, τοῖς ὡσαύτως πολλαπλασίοις, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ληφθέντα καταλλήλα.

Πρότασις ις. θεώρημα.

Εαὶ τέσσαρα μεγέθη, ἀνάλογον ᾖ, καὶ ἐναλλὰξ, ἀνάλογον ἔσται.

Πρότασις ιζ. θεώρημα.

Εαὶ συγκείμενα μεγέθη, ἀνάλογον ᾖ, καὶ διαιρεθέντα ἀνάλογον ἔσται.

Πρότασις ιη. θεώρημα.

Εαὶ διῃρημένα μεγέθη, ἀνάλογον ᾖ, καὶ συντεθέντα ἀνάλογον ἔσται.

Πρότασις ιθ. θεώρημα.

Εαὶ ᾖ, ὡς ὅλον, πρὸς ὅλον, οὕτως ἀφαιρεθὲν, πρὸς ἀφαιρεθὲν, καὶ τὸ λοιπὸν, πρὸς τὸ λοιπὸν ἔσται, ὡς ὅλον πρὸς ὅλον.

Εαὶ

Propositio 14. Theorema.

Si magnitudo prima ad secundam eam habuerit proportionem, quam tertia ad quartam: & si prima maior fuerit quàm tertia, etiam secunda erit maior quàm quarta, & si æqualis æqualis, & si minor minor.

Propositio 15. Theorema.

Partes inter se collatæ, eã habent proportionem, quam suæ æqualiter multiplices.

Propositio 16. Theorema.

Si quatuor magnitudines fuerint proportionales, etiã alternatim ꝑportionales erũt.

Propositio 17. Theorema.

Si magnitudines cõiunctæ fuerint proportionales, etiam separatæ proportionales erũt.

Propositio 18. Theorema.

Si magnitudines separatæ fuerint proportionales, etiam cõiunctæ erũt proportionales.

Propositio 19. Theorema.

Si fuerit totius alicuius magnitudinis, ad totam aliquam magnitudinem proportio ea, quæ ablatæ ad ablatam: erit etiam reliquæ ad reliquam proportio ea, quæ totius ad totam.

Πρότασις κ. θεώρημα.

Ἐὰν ᾖ τρία μεγέθη, καὶ ἄλλα αὐτοῖς ἴσα τὸ πλῆθος, σύνδυο λαμβανόμενα, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, δίσου δὲ τὸ πρῶτον τοῦ τρίτου μεῖζον ᾖ, καὶ τὸ τέταρτον τοῦ ἕκτου, μεῖζον ἔσται, κἂν ἴσον, ἴσον, κἂν ἔλασσον, ἔλασσον.

Πρότασις κα. θεώρημα.

Ἐὰν ᾖ τρία μεγέθη, καὶ ἄλλα αὐτοῖς ἴσα τὸ πλῆθος, σύνδυο λαμβανόμενα, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ᾖ δὲ τεταραγμένη αὐτῶν ἡ ἀναλογία, δίσου δὲ τὸ πρῶτον τοῦ τρίτου μεῖζον ᾖ, καὶ τὸ τέταρτον, τοῦ ἕκτου, μεῖζον ἔσται, κἂν ἴσον, ἴσον, κἂν ἔλασσον, ἔλασσον.

Πρότασις κβ. θεώρημα.

Ἐὰν ᾖ ὁποσαοῦν μεγέθη, καὶ ἄλλα αὐτοῖς ἴσα τὸ πλῆθος, σύνδυο λαμβανόμενα καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, καὶ δίσου, ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ ἔσται.

Πρότασις κγ. θεώρημα.

Ἐὰν ᾖ τρία μεγέθη, καὶ ἄλλα αὐτοῖς ἴσα τὸ πλῆθος, σύνδυο λαμβανόμενα ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ᾖ δὲ τεταραγμένη αὐτῶν ἡ ἀναλογία, καὶ δίσου ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ ἔσται.

Πρότα-

Propositio 20. Theorema.

Si fuerint tres magnitudines, & aliæ totidem, & binæ in eadem proportione, & si ex æquo prima fuerit maior quàm tertia, erit etiam quarta maior quàm sexta, & si æqualis, æqualis: & si minor, minor. Hoc est: *Si fuerit proportio primæ magnitudinis ad secundam ea, quæ tertiæ ad quartam: fuerit verò etiam proportio secundæ ad quintam, quæ quartæ ad sextam tum si fuerit prima maior quàm quinta, erit etiam tertia maior quàm sexta, &c.*

